

Dē auctōre Theophane Prokopovitsj

Feofan (vel Theophanēs) Prokopovitsj Kioviae (vel Kyiv) nātus est annō millēsimō sescentēsimō octōgēsimo primō in Hetmanātō Cossacōrum, nōmine Eleazar Tsereysky. Parentibus orbātus, avunculus eius et rēctor acadēmiae Kiiiviae Mohileānae, Feofan Prokopovitsj, eum adoptāvit. Post studia in patriā suā, sē fidem catholicam adiungit et Rōmam iit studendī causā. Postea in terrīs Germānicīs studēbat et refōrmātiōnem cognōvit. Rediit in Ucrāinam initiō saeculī duodēvīcēsīmī, ubi ad religiōnem orthodoxem iterum sē convertit. Nōmen avunculī, quī interim mortuus erat, accēpit.

Is ut avunculus eius ad acadēmiam Kiioviam Mohileānam docet et ibi librum dē arte poētīcā scrīpsit. In eō librō discipulīs multa carmina antīqua, sed etiam carmina sua ostendit, inter quae erat carmen nostrum, Laudātiō Borysthenis. Quandō carmen nostrum, cuius titulus est 'Laudātiō Borysthenis' scrīpserit, incertum est.

Feofan prīmum praefectō vel hetman Ivan Mazepān fāvit, sed postquam is contrā imperium Moscovītōrum sē vertit et post clādēs eius in proeliō Poltavense, Feofan Prokopovitsj imperātōrī Russicō, Petrō, favēbat. Imperātōris magnus audiūtor fiēbat. Feofan episcopus et etiam archiepiscopus factus est et magnam refōrmātiōnem ecclēsiae orthodoxae īnstīgāvit. Multa opera variīs linguīs dē theologiā, philosophiā, litterīsque scrīpsit.

Mortuus est Petropole annō millēsimō septingentēsimō trīcēsīmō sextō.